

gehorsam getrawlichin fleiß habin, das sulche artickel von vns gebotin gehaldin werdin, vnd ouch alle firzentage darobir capittel haldin vnd straffin dy, dy wyder vnßer statutin gebot thuen. Vnd wir behaldin vnß yn dyßer ordynacien zeu beßern vnd zeu merin vnd zeu andern, wy wyr erkennen das eß not seyn wirt. Es sal ouch der iunefrawin keyne keynen briff ezedelin addir botin awßschickin nach ouch keynen briff ezedelin auf nemmen addir botin zeu oer laßin ane sunderliche orlaupeniß der eptischin, dy sich dorynne alzo haldin sal, das sy an den iungesten gerichte des gute rechenschafft gethuen vnd bestehin moge. Geschrebin vnd gegeben alzo obyn ist vormelt.

Nach einer Abschrift bei Grundmann cod. dipl. ep. Misn. VIII. 3008.

No. 1076. 1465. 6. Jan.

*B. Dietrich bestätigt die von ihm gestiftete Vicarie S. Michaelis und trifft hinsichtlich der von dem oculus praepositi genannten Inhaber derselben bei der Domkirche zu besorgenden Dienstleistungen und des Patronats dieser Stelle Verfügung. Vgl. No. 1026.*

Nos Theodericus dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis — volumus esse notum, quod cum adhuc fuissemus ecclesiae Misnensis praepositus et canonicus, ad gloriam dei omnipotentis, beatae Mariae virginis et sanctorum patronorum Johannis evangelistae, Donati martyris et Briccii confessoris dictae nostrae ecclesiae laudem et reverentiam, pia devotione in nostri ac genitorum progenitorum et fratrum nostrorum vivorum et mortuorum fidelium remedium peccaminum — in praefata ecclesia novum altare a parte dextra ultimae columpnae nomine perpetuae vicariae oculi praepositi vel praecentoris vulgariter nuncupandum in honorem et singularem venerationem s. Michaelis archangeli et aliorum archangelorum et angelorum omnium, Sebastiani, Livini et Felicis et Adaucti martyrum, Egydii et Anthonii confessorum, Apolloniae et Agathae virginum et martyrum consecrandum de — Casparis episcopi Misnensis praedecessoris ac germani nostri divae memoriae ipsiusque capituli expressa licentia et consensu fecimus et constituimus et censibus XII sexagenarum novorum grossorum monetae Fribergensis pro CCXVI sexagenis grossorum eius monetae in et super allodio turri ceterisque bonis castri sive fortalitii Rechenberg validi Johannis Weickart, et super bonis et villa Czochaw validi Theoderici de Schonberg emptis — liberaliter dotavimus ac proinde instituimus, quod vicarius eius vicariae personalem residentiam faciat sitque adstrictus certas horas canonicas in ecclesia Misnensi cantandas visitare, videlicet matutinas vespervas ac completorium et illis interesse, psalmos hymnos et alia cantanda in choro praepositi ut consuetum est intonare et inchoare, alia vero officia chori visitare similiter et onera consueta ad instar aliorum vicariorum supportare teneatur. Si vero legitimo impedimento impeditus foret in praedictis officiis, tunc senior sequens si praesens fuerit in ecclesia ut consuetum est ad singula incipienda seu intonanda teneatur nec ullo modo praetermittat. In singulis autem ebdomatis per se vel alium tres missas celebrare debeat, primam de sancta trinitate cum collectis de omnibus sanctis et pro salute vivorum et mortuorum, secundam de